

DISSE^TAT^O IVRIDICA
DE
SALVO CONDVCTV
LATINE 1740
COMMEA TV

QVAM
P R A E S I D E
A V G V S T I N O A L E Y S E R
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIHS
AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI
DIRECTORE, CVRIAЕ PROVINCIALIS AC SCABINATVS
ASSESSORE PRIMARIO ET ORDINIS
IVRIDICI ORDINARIO

PATRONO AC STVDIORVM SVORVM PROMOTORE
OMNI VENERATIONIS CVLTU PROSECVENDO
IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
AUDITORIO IVRIDICO
DIE X. IVNII ANNO c^{is} I^o COXL

P V B L I C E T V E B I T V R
EBERHARD. GVIL. MYLERVS
O S S I T. M I S N.



VITEMBERGAE
TYPIS IOANN. FRIDER. SCHLOMACHI

VIRO ILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
IO. CHRISTOPH.
ZEVNERO

SERENISSIMI ATQVE POTENTISSIMI
POLONIARVM REGIS ET PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIS REGIMINIS CI-
ZENSIS CANCELLARIO ET IN SVMMO
PROVOCATIONVM SENATV
CONSILIARIO

MAECENATI AC DOMINO SVO
GRATIOSISSIMO

FELICITATEM PERENNEM
EX
PLENO PIETATIS ANIMO
VOVENS
HANC DISSERTATIONEM ACADEMICAM
EA QVA DECET MENTIS RELIGIONE
CONSECRAT
ET RES SPESQVE SVAS
PATROCINIO EIVSDEM PERBENIGNO
SVBMISSISSIME COMMENDAT
ILLVSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISSIMI NOMINIS TVI

PIVS
PERPETVVSQVE
CVLTOR
EBERHARDVS GVILIELMVS MYLERVS



I.

Saluus conductus nunquam, ne quidem propter bonum publicum, violari potest.

II.

Sigismundus caesar saluum conductum Ioanni Husso datum non violauit, nec violari passus est,

III.

quin imo violationem hanc a concilio factam impedire tentauit,

IV.

sed vi et minis, quibus resistere non poterat, repressus,

V.

et dissensum suum signis externis testificatus est.



R eis absentibus, qui prehendi et iudicio sisti nulla ratione possunt, vel prehensi detentique fuerunt, sed e vinculis elapsi sunt, et nunc latitant, de quibus vide BERGERI Partem II.

A 2

Sup-

*Supplementorum ad Iurisprudentiam criminalem Observ. 179.
pag. 472.* tandem, vt boni auctores loquuntur, commicatus,
vulgo saluus conductus, datur. Hic describi potest promissio
sub fide publica reo data, qua is tutus a carcere et mala tra-
ctatione praestatur. Vide *decisionem elektoralem Saxoniam* 76.
Publica fides, quam hic interuenire dixi, plenissimam secu-
ritatem facere, nec villo modo violari debet, ne quidem ob
bonum publicum. Scio equidem; salutem publicam supre-
mam legem, cui ceterae omnes cedant, esse. Scio, inquam,
nec exceptionem hic facio; sed hanc ipsam publicam salu-
tem unicam, aut saltem praeципiam rationem, propter quam
saluum conductum inuiolabilem esse oportet, perhibeo.
Scilicet nihil reipublicae vtilius, nihil honorificentius, nihil
fakubrius, nihil denique magis necessarium est, quam ex-
plorata et certa pactorum et promissorum eius veritas. Si
hanc alicui ciuitati, vel principi, capitи eius, aufer, eam
communem totius generis humani hostem facis, atque ab
omni commercio, foedere, contractu, arces, quin inde-
lebili infamia adspergis. Cauendum ergo est sedulo, ne,
vt AVRELIANVS in L. 1. C. de his, qui veniam aeratis im-
petrauerunt loquitur, quis principali auctoritate circumscri-
ptus esse videatur. Adde VALERIVM MAXIMVM lib. 6.
cap. 6. quod de fide publica inscribitur, *in principio*. Etsi
ergo vel maxime bonum et proficuum videatur, ac sit etiam,
reum, cui saluus conductus datus est, suppicio adfici, vel
in vincula coniici, magis tamen bonum est, existimationem
reipublicae integrum seruari, et conuentionibus ac promis-
sionibus eius fidem non derogari. Si vitrumque simul obti-
neri nequit, minus cedit maiori. Nec immemor sum eo-
rum, quae in Specimine DLXXIII. quo, perduelles indicta
causa puniri posse, ostenditur, medit. 2. et in primis 3. dixi,
tunc,

tunc, quum ex mora iudicij pernicies aut aliud magnum malum ciuitati impendet, et ipsa reipublicae principisque salus celerrimam executionem poscit, propter salutem publicam ea, quae ad essentiam et integritatem iudicij pertinent, omitti, ac reum nec vocatum nec auditum damnari puniriique posse. Verum in his thesibus praesupposui, pactum promissionemque non interuenisse. Nam si haec interuenerunt, integritas fidei publicae supremum bonum est, quo maius excogitari nequit. Illi ergo principes et magistratus, qui fidem de securitate praestanda hominibus facinorosis et reipublicae noxiis datam fallunt, ius naturae violent, ac reipublicam dishonestant. Inter hos, qui id fecerint, resertur communiter Sigismundus caesar, qui Ioannem Hulsem, cui incolumentem promiserat, anno MCCCCXV. Constantiae et in vincula coniici et comburi passus fit. Ego vero, an Sigismundus hac in re peccarit, dubito vehementer. Id certum est, Hussum, absente et inscio, ac, simulac id resciret, acriter contradicente Sigismundo, in vincula conjectum suisse, Sigismundum etiam in principio enixe omnia fecisse, ut Hussum liberaret. Imputat hoc ei tanquam crimen Ioannes pontifex in apologia sua ad academiam Parisiensem et ducem Aurelianensem missa, ac ab HERMANO VON DER HARDT in Tomo II. Concilii Constanensis Part. X. pag. 253. sqq. sub titulo: *Informationes papae*; edita, verbis: *Item, quod, licet in Ecclesia sancta Dei exstirpatio haeresum esse debet principaliter recomissa, quorum defensioni nullos Christi Principes subiectos esse decet, sic, quod illud praeceps tractandum in generalibus conciliis: Decurrentium vero modernis temporibus haeresum stareret memoria dammandam illius, cuius sectam Iohannes Huss secutus est, (et sequebaratur,) dogmatizavit, et falsis instructionibus et do-*

A 3

Exinis

& vniuersitatem Dominicum subuertebat: Cuius et quorum
 opiniones tam per uniuersitatem Parisensem, quam alias uni-
 uersitates existerunt reprobatae: Quorum articuli mirtentur
 ad Christi fideles Principes, maxime ad dictum Regem Fran-
 ciae, suo tempore seriose: Qui quidem Hus, quamvis captus
 extitit ex ordinatione Domini nostri praedicta, de illo tamen
 nulla fuit ministrata iustitia, nec permisum, quod contra
 ipsum sententiae ferrentur, quinimo procuratum, requisitum,
 instigatum per illum, qui concilii et Ecclesiae protector esse di-
 cebatur, videlicet Regem praedictum, quod dictus haereticus
 relaxaretur, cum intimidationibus et minis de frangendis car-
 ceribus, casu, quo non relaxaretur. Cessit quidem deinde
 caesar importunis flagitationibus et persuasionibus patrum
 congregatorum, sed reluctans, inuitus, pudore suffusus,
 quin minis et vi externa coactus. Pater hoc clarissime ex
 serie rerum in concilio Constantiensi gestarum, quam ver-
 bis scriptorum coaeuorum, ex eiusdem HERMANNI VON
 DER HARDT tomo IV. parte VI. pag. 393. 396. 397. 399. et 400.
 excerptis, referam. Audiamus primum VERICVM REI-
 CHENTHAL, canonicum Constantensem, rebus omnibus in
 concilio praesentem, caesarique familiarem: Da Huß in der
 Psalz behütet ward, in derselben Zeit hätt ihn unser Herr
 der König Sigismundus gern gebolßen und ledig gemacht.
 Forcht vielleicht seines Bruders Zorn, und auch daß er desto
 furderlicher der Böhmer Huld verlöhrt. Und meint, es wär
 ihm eine grosse Unehre, solt er also sein frey sicher geleit, so
 er ihm geben hättet, also brechen. Da antworteten ihm die
 Gelehrten: Es mochte noch konte mit keinen rechten seyn,
 daß kein Kezer, der in der Kezerey begriffen wurde, müge
 noch kunre geleit haben. Da unser Herr der König das erlö-
 retz und vernahm, da ließ er es gut seyn. Sed longe signifi-
 cantius

cantius NAVCLERVUS: Incinerationem Iohannis Hus, inquit,
et Hieronymi ferunt Imperatorem non aequo animo tulisse,
propter saluum conductum eis datum. Respondit ei sacrosancta
Synodus: Eum argui non posse de fide mentita. Quia Cone-
ciliū ipsum non dederat ei saluum conductum: Et Concilium
maius est Imperatore: Et ideo non potuisse contra voluntatem
Concilii id concedere, praecepit in factis fidei. Cui determi-
nationi ut bonus filius Ecclesiae acqueuit. Haec NAVCLE-
RVS illius seculi scriptor, a SPONDANO hoc elogio macta-
tus, f. 734. quod facile scire posuerit, quae in Concilio gesta,
non ita diu post viuens, nec longe positus, nec indiligens re-
rum antiquiorum persecutator. Verum haec sola non conti-
nuissent forsitan Sigismundum, ut Hussum supplicio eripere,
ac honorem suum conseruare non tentasset. Quod ut animad-
uerterunt patres, vim addiderunt, et caelari nominati,
non solum si quid faceret et tentaret, sed si hisceret saltem,
proscriptionem, quae illis temporibus malorum omnium
maximum esse credebatur, comminati sunt. Res tota in
Actis Concilii sic narratur: Decretum silentii, per Archi-
Episcopum Concordensem ante omnia lectum. Sacrosancta
synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitime congregata,
praecepit et mandat, sub poena excommunicationis latae sen-
tentiae, quam contrafacientes incurvare vult ipso facto, et sub
poena carceris duorum mensum, et fautoriae baerescum, ne
aliquis cuiuscunque autoritatis, status, gradus, ordinis,
conditionis, aut praeeminentiae fuerit, etiam in IMPERIALI,
Regali, Cardinalatus, Archiepiscopali aut Episcopali praeful-
geat dignitate, in bac praestanti sessione, bodie Deo auctore
celebranda, ipsam sessionem, seu pronunciantes et loquentes in
eadem perturbet, murmuret, impedit, aut quemuis strepi-
rum voce vel manibus aut pedibus faciat. Et quia iam mate-
ria

ria, Deo adiuuante tractanda, per omnes nationes et sanctos patres Spiritu sancto dirigente unanimiter et concorditer conclusa est, prout audietis: Probabet et mandat eadem sancta synodus, sub simili poena aut fautoria haeresis, ne aliquis clamare, contradicere, aut etiam insurgeare, disputare, vel defensare, aut alta voce loqui audeat, nisi ad hoc sit per ipsam sanctam synodum deputatus. Alioqui contra facientes decernit ipso facto excommunicationis vinculo innodatos, poenas carceris et duriores expressatis minime evasuros. Quam quidem constitutionem Deputati nomine nationum, videlicet ipse ANTONIVS Concordiensis nomine Italicae, STEPHANVS Dolensis nomine ecclesiae Gallicanae, NICOLAVS Merseburgensis nomine Germanicae, et PATRITIVS Cortagensis nomine Anglicanae, Dominus vero IOANNES, Episcopus Ostiensis, CARDINALIS Viuariensis, Praefidens, nomine Collegii Cardinalium, per verbum PLACET approbarunt. Nunc ego vos, qui Sigismundo indulgentiam suam vitio vertitis, obsecro obtestorque; dicite, quid ipsi, si caesaris loco fuisset, fecisset, aut quid eidem, si ille vos in consilium adhibuisset, ut ficeret, suassisset. Militem, inquiunt, et ciues Constantienses iureiurando sibi deuinctos habebat, quorum operi potuisset. Qui sic sentiunt, conditionem et superstitionem istorum temporum se prorsus ignorare, ostendunt. Itane putant, milites caesaris et ciues Constantienses dicto eius, si quid contra concilium iussisset, obtemperatueros fuisse. Errant, si hoc credunt. Reliquissent illum omnes, et ipsi adeo satellites, metu proscriptionis, ac, si concilium iussisset, arma etiam in dominum vertissent. Rediissent profecto funesta illa Ludouici Pii, Henrici IV. Fridericorum I. et II. Henrici VII. saccula. Sed pergent dissentientes, oportebat saltem Sigismundum dissensum suum publice declarare.

clarare. Et declarauit etiam, quantum licuit. Verbis, murmure, gestibus id non poterat sine periculo, propter decretum supra memoratum. Igitur primum rubore id fecit. Quippe in antiquiore vitae Husi descriptione Huslus ita in concilio loquutus fuisse resertur: *Veni in hoc Concilium liber, fide publica accepta ab Imperatore, qui praefeo adest, me ab omni iuramento fore, ut innocentiam meam restareret, et unicuique poscenti rationem meae fidei redderem.* Haec cum loqueretur, oculos in Imperatorem desertos habuit. Ille vero statim vehementer erubuit, atque eius verecundus rinxerat ora rubor. Declarauit porro caesar dissensum suum absentia a supplicio. Nam, quum omnes, qui tunc Constantiae erant, ad id spectandum confluenter, Sigismundus tamen absuit, et sic saltem tacite factum detestatus est. Denique, quum Bohemi aliqui viri cordati Sigismundo fidem ruptam publice obicerent, ipse tacuit, nec se tueri voluit, sed rem ad concilium retulit, quod caesarem plene excusauit, omnemque culpam in se recepit decreto die XXIII. Septembbris anni MCCCCXV. publice promulgato, ac ab HERMANNO VON DER HARDT in eiusdem tomī IV. parte VIII. pag. 521. et 522. relato: *Sacrosancta ero. Quia nonnulli nimis intelligentes, aut sinistrai intentionis, vel forsitan solentes plus sapere, quam oportet, nedum Regiae Majestati, sed etiam sacro, ut ferrur, concilio, linguis maledictis detrabunt, publice et occulte, dicentes vel innuentes, quod saluus conductus, per iniustissimum Principem Dominum Sigismundum Romanorum et Hungariae ero. Regem quondam Iohanni Hus baeresiarcae damnatae memoriae datus, fuit contra iustitiam aut honestatem indebitate violatus: Cum tamen dictus Iohannes Hus, fidem orthodoxam pertinaciter impugnauit, se ab omni conductu et privilegio reddiderit alienum, nec aliqua sibi fides aut promissio*

missio de iure naturali, diuino vel humano, fuerit in praeiudicium catholicae fidei obseruanda: Idcirco dicta sancta synodus praesentium tenore declarar, dictum iniustissimum Principem circa praedictum quondam Iobannem Huß, non obstante memorato saluo conductu, ex iuris debito fecisse, quod licuit, et quod decuit Regiam Maiestatem: Statuens et ordinans omnibus et singulis Christi fidelibus, cuiuscunque dignitatis, gradus, praeminentiae, conditionis, starus, aut sexus existant, quod nullus deinceps sacro concilio aut Regiae Maiestati de gestis circa praedictum quondam Iobannem Huß derribat, siue quomodolibet obloquatur. Qui vero contrarium fecerit, tanquam fautor haereticæ prauitatis et reus criminis laesæ Majestatis irremissibiliter puniatur.

VI.

Tempus, saluo conductu comprehensum, de morendo in momentum currit.

VII.

Iaque, eo lapso, reus, qui nondum recesserit, capi confessim ac puniri potest.

VIII.

Nec iniuste facit magistratus, qui reum incautum astu, ut ultra tempus praefinitum moretur, inducit, atque sic dolo bono circumuenrum in custodiā mittit.

IX.

Fridericus III. caesar in capiendo ac puniendo Baumkirchero, cui saluum conductum dederat, iustitiae limites egresi non est.

*P*ermisi olim, nec me poenitet, in Specimine DLXXII. de Iudicio in ministram principis delinquentem, medit. 5. et 6. prin-

principibus, perduelles ac ministros suos facinorosos, qui capi alia ratione non possunt, circumuenire, ac astu in custodiam pertrahere. Theses haec fuerunt: *Minister reus, si quidem fuga, aut aliis modis, iudicium elusurus metuitur, capi et custodiae mandari potest; in capiendo ministro suspecto, astu, blanditiis, simulatione uti licet; quin aliquando salus publica, ut dolus bonus hic adhibeat, praecepit.* Nondum, inquam, horum me poenitet, nec eius, quod generaliter in Specimine DLXIII. de Custodia reorum medit. 8. dixi: *In capiendis reis astu et dolo bono uti licet.* Ex his principiis nunc aperte profiteor, Fridericum III recte iusteque fecisse, quod Andream Baumkircherum, virum olim optime meritum, sed deinde rebellem, et, si liber foret, reipublicae metuendum, dato saluo conductu ad se pellexit, ac tempus definitum astu sic contraxit, ut, salua fide, mittere eum in custodiam punireque posset. Evidem plerique ex his, qui hoc Friderici III. factum narrant, nec damnare id nec excusare aperte audent, sed magis iudicium suum de eo suspendunt. Facit hoc FUGGERVS im Spiegel der Ehren des Erzhauses Oesterreich lib. 5. cap. 20. pag. 756. sqq. et paulo plenius VALVASOR in der Ehre des Herzogthums Crain tom. IV. lib. 15. cap. 9. pag. 370. sqq. qui duritatem supplicii qualitercumque excusat, sed, quid de astu adhibito sentiat, non addit. Verba VALVASORIS haec sunt: *Andreas Baumkircher suchte sicher Geleit, damit er persönlich, bey dem Kayser, sich des ihm, seines Vorgebens, aufgerichteten Abfalls mogte verantworten, und entschuldigen. Aber seine Unvorsichtigkeit fuhret ihn ins Nez. Die Bewilligung erfolgte; aber mit dieser Umschraenkung, dass er sich, an St. Georgen-Abend, zu Graiz einfinden, und von einer Vesper-*

Glocken bis zur andern, mit Geleit versichert werden sollte. Welches ihm ja hätte ein Nachdenken erwecken sollen, daß man ihn nur in die Falle locken wollte; wann nicht das, von göttlicher Gerechtigkeit ihm gesetzte, Straf-Ziel wäre herben gerückt. Er kam hin, mit etlichen wenigen der Seinigen, und brachte, als der Kayser, und dessen Räthe, ihn anhörten, allerley Ausflüchte vor: deren Ungrunds man ihn doch aus seinen eigenen Briefen überführte, und es damit, geflossener Weise, so lang machte, daß darüber die Frist des Geleits aufs Ende zu ließ. Weswegen er hittlich anhielt, dasselbe noch etwas zu verlängern. Der Kayser gab zur Antwort, er wolle seine Räthe darüber vernehmen; verweilte sich aber bey denselben so lange, bis die Zeit des Geleits vollends vorbey stach. Da erschraf der Baumkircher, ließ, was er kunte, zum Schloß hinunter, schwang sich auf sein Pferd, und wollte zum Thor hinaus galoppiren. Gleich damit ward die Desper-Glocke angezogen, und, indem er zwischen, beyde Mauren des Münz-Thors gefommen, sowohl, das eine Thor hinter als das andere nach ihm, zugeschlagen, auch darauf alsofort ein Priester zu ihm geschickt, dem er beichten und folgends, auf Kaiserlichen Befehl, einen Schwert-Streich aushalten sollte. Hierüber fiel er in grosse Bestürzung; und bat umb Aufschub der Exeution, mit Erbischung, dem Kayser, wann derselbe ihm die Lebens-Gnade wiederauffahren lisse, nicht allein alle seine Schlosser abzutreten, sondern über das auch 60000 fl. zu zahlen. Aber seine Bitte fand, bey der Gnade, keinen Raum, sondern er alsofort den Scharff-Richter vor sich; welcher ihn, zw

zwischen gemeldten beyden Thoren, enthauptete, daß nun daß er wieder sein überstoss Haupt sich empört hatte. Ueber diesen strengen Ernst, der so gar keinem Bitten eines so Helden-müthigen Ritters, den begangenen Fehler verzeihen wollen, verwunderten sich ihrer viele; in Betrachtung, daß, obgleich dieser Baumkircher, seiner frevelhaften Rebellion halber dergleichen Straffe wohl verdienet hätte, dennoch seine vorige gute Verdienste so sonderbar und rar gewesen, daß er, wo nicht einer gänzlichen Verzeihung, doch aufs wenigste einer linderen Bestrafung, und Schenkung des Lebens, fähig schien. Denn er hatte gleichwohl zweymahl seinen Kaysers aus der Feinde Hände errettet, und zwar zum erstenmahl, mit augenscheinlicher Gefahr seines Lebens; indem er sich, mit wenigen Anechten, zur Neustadt, unter das Thor gestellet, und den starken Feind, welcher denen geschlagenen Kaysерlichen nachsehend, zur Stadt mit hinein dringen wollte, durch seinen ritterlichen Streit so lang aufgehalten, bis die Flüchtige, durch Scham und Furcht grosserer Gefahr gezwungen worden, wieder umzukehren, und den Feind vom Thor abzutreiben. Zum andernmahl aber hat er an der Befreyung des Kaysers, für seine Person, tapffer mit gearbeitet, indem er, gleich nach Erfahrung, daß dorstige von den Wienern zu Wien belagert wäre, sich zu Pferde geworffen, und neben andren eyfrigst bemühet, die Wiener feindlich anzugreissen, auch hernach, bey dem Entsatz, das seinige, eben sowohl tapffer, geleistet. Allein, weil der Kayser bisher schon so oft mit einheimischer Unruh und Rebellion, angesuchten war, hat er ohne Zweifel an diesem

B 3

Baum-

Baumkircher andren Landherren einen Warnung- und Schreck-Spiegel stellen wollen, daraus sie die schmähliche Früchte einer Majestät-Beleidigung betrachtamlich ersehen und derhalben sich hüten sollten. Zudem musste er befahren, daferne er ihn los ließe, so dörßte er sich auf Rache legen, und wieder zum Könige Matthia in Ungarn fallen: bey welchem der Friede ohne das schon gar leise stund, und dieser erstauffere Mann alsdenn viel Schaden dem Kayser hätte stiftten können. Ja! dieses scheinet eben die stärkste Trieb-Ursach gewesen zu seyn, ihm das Leben zu nehmen; daß er, unter selbiges Königes Protection getreten, und vielleicht den König zur Bekriegung des Hauses Oesterreich angereizt, indem er für seine Person hernach einen deito vortheilhaftern Frieden daraus hoffen können; womit er seine Misshandlung also verdoppeilt hat. So war er 3) auch nicht gekommen, dem Kayser seine Schuld zu bekennen und abzubitten; sondern sich zu verantworten, und sein Thun zu rechtfertigen: Durch welche Unerkenntniß, das Kayserliche Gemüth mehr zur Strafe, als zur Verschonung bewegt worden. Endlich so mag auch wohl vielleicht das absonderliche Absehen eines oder andern Kayserlichen Rath's, oder hohen Ministers, der etwa nach dem Tode dieses Baumkirchers mit einem seiner Güter oder Herrschaften begnadet zu werden, gehofft, dem Baumkircher die Strafe tödlich geschräfft haben: Wiewohl solches nur eine Vermuthung und keine Gewißheit ist. Im Ende stehtet auch dieses dabey zu betrachten, daß der Allerböchste zu dem Herzen der Kayser und Könige den Schlüssel bey sich führt, und dieselbe, gegen einen sol-

solchen Gefangenen, auf oder zuschließt, ja auch die allerweichmütigste und zarteste wohl bisweilen steinfest und unerweichlich macht, wann einer bey ihm zur Strafe reißt, und die bestimmte Zeit da ist, daß seine Nach-Sichel soll anschlagen. Artificium hoc Friderici III. in capiendo Baumkirchero nec violatio salui conductus, nec cauillatio, sed dolus bonus fuit. Nihil in verbis salvi conductus ambiguum, nihil aequiuocum erat, sed plana omnia. Tempus, intra quod Baumkirchero adesse licet, definierat caesar. Id naturaliter ex momento in momentum computandum erat. Neque enim temperamentum, quod debitoribus certa die obligatis in L. 105. de Solurionibus ex benignitate mera indulgetur, huc pertinet. Norat has temporis angustias Baumkircherus, norat gratuitatem offensae suae, norat caesaris in se iram, norat periculum ex libertate sua reipublicae imminens. Et tamen blanditiis ac ambiguo responso se retineri sinebat. Igitur, quod accidit, non malae fidei caesaris, sed imprudentiae Baumkircheri, adscribendum est. Aliud dicere, si caesar, quod non fecit, accelerando tardandoue horologium Baumkircherum fessellisset, vel campanam ante vesperam pulssi iussisset.

X.

Verba salui conductus cauillari et caprare non licet.

XI.

Explicanda illa sunt secundum communem usum loquendi.

XII.

Artificiose eorum interpretatio fraus est.

XIII.

Ludouici IV. caesaris et Hattonis in eludendo saluo conductu, quem Alberto comiti Bambergensi dederant, factum verum est,

XIV.

XIV.

sed idem improbum et inexcusabile, ut fundamentali humani generis legi contrarium.

Caue, haec, quae in superioribus de dolo bono dixi, ad cauillationes extendas, ac magistratibus permittas, verba salui conductus sic concipere, ut diuersam ab ea, quam magistratus intendit, significationem prae se ferant, ac reum, communī loquendi usui et verborum proprietati fidentem, fallant. Hoc aperta fraus et dolus malus est, cuius a Ludouico IV. caelare. et Hattonē, archipraefule Moguntino, admissi exemplum verbis OTTONIS FRISSINGENIS lib. 6. cap. 15. nafrabo: Albertus, nobilissimus Francorum comes, i Ottonis Saxonum ducis ex filia nepos, Conradum, qui a quibusdam Ludouici regis frater fuisse creditur, occidit. Ob ea rex praedictum beroam in castro Babenberg, ubi nunc nobilissimopiscopatus fundatus cernitur, bello petuit. Cumque viribus se proficere posse non videret, Hattonis Moguntini archiepiscopi consilio, ad dolum se contulit. Itaque ut non solum in regum gestis inuenitur, sed etiam in vulgaris traditione in compitis et curiis bacchanus auditur, praefatus Hatto Albertum in castro suo Babenberg adiit, cumque dei pietatis obtenuit de gratia regis adipiscenda contentit. Ille devote monitis eius obtemperans, humiliter conductum de personae propriae incolumitate petuit. Ac ne multis morer, interposita sacerdotis praefati fide, iter carpunt: vix Castro exierant, iam proximi vico, qui Teutsch dicitur, appropinquabant, et episcopus graue (enquit) erit nobis ieiunium sustinere: si placet, antequam regi praesentemur, ad prandium diuertamus. Tum ille simplices aures more antiquorum primorum habens, dolunque minime persentiens, gratauerit eum ad prandendum in castro,

vnde

vnde digressi fuerant, reduxit. At postquam refecti sunt, ad curiam veniunt: in causa princeps ponitur, ac tanquam reus maiestatis, capite plebendus adiudicatur. Monet ille episcopum de fide data: quam e contra ille se bene in hoc, quod sanguinem et incolumem eum in castrum reduxerat, servasse respondit. Sic praefatus Albertus capite plebitur, possessionesque eius, e quibus postmodum Babenbergensis ecclesia locupletata dicitur, in fiscum redactae sunt. Quod factum tam manifeste improbum est, vt hi, qui Ludouicum et Hattonem excusare volunt, eius iustitiam tueri non audeant, sed veritatem faltem in dubium vocent, ex Reginonis ad annum 905. auctoritate, quae sola tamen aduersus ceterorum scriptorum omnium vnanime cum Ottone testimonium nihil potest. Peccarunt igitur Ludouicus et Hatto contra commune omnium hominum in sermocinando officium, ac fundamentalem iurium naturalium ac ciuilium legem, quam violari nunquam licet, vt nempe verba in vulgari significatione adhibeantur. Nullum sere verbum est, in quo non aliqua ambiguitas lateat, quodque, si subtiliter consideretur, in duas differentes sententias accipi non possit. Vulgaris regula: quod quilibet optimus sit verborum suorum interpres; quam in litibus de pactis et contractibus quotidie allegari videmus, immane quantum abutuntur caussidici. Itaque eam iustis cancellis circumscribi oportet. Verissima illa est, quando significatio vocis ita anceps est, vt aequali verisimilitudine in utramque partem trahi possit. Tunc vtique credi debet ei, qui, se meliorem in animo habuisse, dicit. At enim uero, quando melior haec significatio inusitata est, et artificiosius exsculptitur, nullam eius rationem haberri oportet, sed verba ex usu communi, penes quem arbitrium est, et ius et norma loquendi, explicari ac secundum L. 39. de C. *Pactis*

Pactis interpretationem contra eum, in cuius potestate fuit, apertius loqui, fieri oportet. Quid enim eueniet, si singulis hominibus, vocabula, quae immutabilia esse debent, L. 4. pr. de Legatis i. mutare, et priuatim sibi significacionem fingere, aut inusitatam stabilire, aut obsoletam reducere, permittas? Tolletur omnis commerciorum securitas, et in colloquiis ac sermonibus grammaticum, qui verba singula ponderet, et commentarye a loquentibus illustrari curet, adhiberi necesse erit.

XV.

Omnis saluus conductus tacitus in se conditionem habet; si res in eodem statu permanserit.

XVI.

Igitur, mutata prossus rerum facie, is, cui saluus conductus datus, ex noua caussa superueniente in custodiam recte mittitur.

XVII.

Huc maxime pertinet, si, dum saluo conductu fruitur, novo crimen se polluat.

XVIII.

Caroli V. factum, quo Philippum Hassum accepta fide ad se venientem et deprecantem retinuit, excusatur.

Venio nunc ad hoc, cuius gratia, ne quid diffimulem, tota haec disputatio instituta est. Vindicabo scilicet memoriam Caroli V. optimi caesaris, a labe, quam ipse olim iuuenis eidem per imprudentiam adspersi. Quum enim anno M DCC XII. ex academia Vitembergensi in Iuliam euocarer, et nouium munus in hac susciperem, libello de more

more publice proposito studiosam iuuentutem ad lectiones meas inuitauit, et simul in veritatem et iustitiam facti, quo Carolus V. Philippum Hassiae Landgrauium ambigua voce elusit, inquisiui. Id scriptum, praeter inuitationem, integrum hic adnecto: *Non recens est aut incognitum, sed antiquum et peruulgatum factum, de quo in praesens disseremus. At quia hodie a nonnullis, potissimum a PERIZONIO in commentariis historicis rerum per Europam maxime gestarum ab ineunte saeculo sexto decimo usque ad Caroli V. mortem in dubium vocatur, non inutile erit, veritatem eius primum ostendere, deinde, an iustitiae regulis conueniat, investigare.* Philippus Hassiacus bello, quod Smalcaldicum annales vocant, contra Carolum V. Imperatorem implicatus, fractis proelio ad Muhlbergam foederatorum viribus, anxius pacem et veniam eorum, quae deliquerat, petebat. Nec abnuebat Caesar, intercedentibus maxime pro illo Mauritio Saxone et Ioachimo Brandenburgico, atque pacis conditiones ferebat. Quas, quamvis durae viderentur, implere tamen non detrefebat Philippus. Una ei displacebat, qua ipse ad Caesarem venire, supplex poenam deprecari et potestati eius se permittere iubebatur. Tandem tamen, ut et hanc condicionem subiret, persuaderi sibi a Ioachimo et Mauritio patiebatur, qui, nihil ei de libertate meruendum esse, aiebant, atque, si quid secus accideret, se quoque sponte se in custodiam Philippi liborrumue eius tradituros, eandemque, quam ille, sortem subituros, pollicebantur. Paci autem antea erant Mauritus Ioachimusque cum Carolo, ne Philippus ullo modo detineretur. Qua fide fretus Philippus venire non dubitabat, atque praeter omnem spem et expectationem suam, quum e coniuncto apud Albanum agitato exiret, in custodias includebatur.

debatur. Aegre id serebant Mauritus et Ioachimus, sed
demque sibi datam falli, aperte querebantur. At Caesar
proferri tabulas, quibus promissio sua continebatur, iubebat,
perscriptumque in iis ostendebat, non, quod ipsi putabant,
Philippum plane non detentumiri, ohne einige Gefäng-
niß; sed, a perpetuo carcere tutum fore, ohne ewige
Gefängniß. Haec ita fere ab omnibus scriptoribus, qui
temporis illius historias consignarunt, memorantur. Recet-
sime quidem. Difflpicet enim mibi maximopere mos eo-
rum, qui, quum de magnis principibus clarisque viris scri-
bunt, et res ab illis gestas exponunt, virtutes quidem eo-
rum et facta egregia laudibus extollunt, ea vero, in qui-
bus peccasse videntur, vel dissimulant, vel, quod impuden-
tius est, inficiantur. Autumant scilicet, lapsus magnorum
virorum occultandos et turpitudinem eorum velandam esse;
immemores, ipsos sacrorum annalium autores flagitia Da-
uidis, errores Salomonis ceterorumque herorum, aperte pro-
fieri. Miror itaque, PERIZONIVM, politum ceteroquin
accuratumque scriptorem, factum istud perulgatum in du-
biu vocare. Negat, verosimile esse, formulam illam inu-
sitatam a pacientibus obseruatam non fuisse. Potissimum
vero rationem in eo ponit, quod neque Philippi liberi ne-
que Mauritus in Comitiis Augustanis de fraude ista fuerint
conquesti. Verum utur fortassis ab initio hi principes
Caesari purpuratisque eius dolum tam manifestum aperte
exprobare erubuerint, deceptos tamen se fuisse, in literis
suis subinde non obscure innuant. Postea autem Mauritus,
quum nihil se querelis suis proficere animaduerteret, in Co-
mitiis prouincialibus, Torgae anno MDLII. habitis, non
irreuerenter quidem in Caesarem, sed dilucide ramen rem
totam, ut gesta est, ordinibus Saxoniae exponit. Exhibit
Mau-

Mauritii scriptum HORTLEDERVS de Causis belli Germanici lib. 5. cap. 1. ex quo ea saltem, quae buc pertinere videntur, excerpam: Darbey haben wir flärlich in der selbigen neuen Handlung vermeldet und geredet, daß der Landgraff über die obgemeldete Capitulation weder an S. L. Gütern, noch mit einigem Gefängniß beschwehret werden sollte. Wir haben auch darauf den Handel anderer Gestalt nicht vermerkt, noch verstanden, auch selbst anders nicht gemeynet, denn, so bald der Landgraff die unterthänigste Erzeigung und Abbitte gegen der Rays. Maj. gehan haben würde, daß S. L. alsbald frey und unbeschwehret wieder in ihr Land und Gewahrsam verreiten möchte. Und auf solch Vertrauen und Verstand haben Wir unsern Vettern, den Landgrassen, vermocht, ihm auch gerahten, die Artikel der Capitulation anzunehmen, und sich für der Rays. Maj. zu stellen. Recenset deinde, quomodo Philippus aduenerit et in custodiam traditus sit. Tum se ad Caesarem iuisse et fidem eius obrestatos esse, memorat. Ihr RAYserl. Majestät haben uns aber gesaget, daß sie ihren Räthen keinen andern Befehl gegeben hätten, denn auf die Wege zu handeln, daß der Landgraff eine zeitlang in ihrer Majestät Custodien seyn, und umb unser Willen mit ewiger Gefängniß verschonet werden sollte. Imo ipse Caesar in literis ad Ordines Imperii, quas idem HORTLEDERVS lib. 3. c. 84. affert, factum hoc faretur: darauf, inquiens, ihre Churfürstlichen Gnaden vertraulicher Meynung diese Declaration geschehen: daß solche Ergeißung dem Landgrafen zur Leibstraffe, ewiger Gefängniß, noch Confiscirung seiner Güter nicht reichen sollte. Atque, si cetera etiam tam Caesaris, quam

Principum scripta perlustras, illum, quoties initi cum Ele-
ctoribus pacis mentionem facit, semper de perpetuo, hos
vero de nullo carcere loqui, animaduertes. Ut adeo iustus
rerum aestimator veritatem facti, prout illud communiter
narratur, nequeat in dubium vocare. Quod autem porro
PERIZONIVS existimat, Carolum fallacie, si quae etiam
a ministris eius adhibita sit, consicum non fuisset; id qui-
dem facile in honorem optimi Caesaris credam. Quantum-
uis non ignorem, ptum aliquoquin principis ingenium, sed
ambitioni et regnandi amplificandique imperii studio plus,
quam par erat, deditum, ab cuiusmodi artibus non pro-
fus abhorruisse, sed ambiguorum verborum laqueis miseric
credulos et incacos elusisse. Non dicam nunc de testa-
mento, quod per Cardinalem Ximenem auo suo Ferdi-
nando Carbolico, qui fratri Caroli Ferdinando magis fa-
uebat regnumque Hispaniae destinabat, supposuisse perbi-
betur. Nec referam blanditias et fucos, quibus iter per
Galias faciens, Franciscum Regem, quem non immerito
metuebat, deliniuit et spe inani suspendit. Illud buc
maxime pertinet, quod MARSELAER de Legat. L. 2. Dil-
sert. 39. refert, Carolum legato Francisci Galliarum Regis
Ducatum Mediolanensem post mortem Francisci Sforzai
petenti, quum imparatus eo tempore ad bellum aperte ne-
gare non auderet, ambigue respondisse: Et prorsus idem
mihi placet, quod fratri meo regi Galliarum; atque sic le-
gatum et regem induxisse, ut ille, obtinuisse se omnia,
regi nunciaret, hic vero omitteret, quos instituerat, bel-
licos apparatus. Postquam ergo veritatem facti eius, quod
ab initio memoratum fuit, ostendimus, restat, ut in iu-
sticiam quoque illius inquiramus. Plerique scilicet Iure-
consulti et scriptores, qui Pontificis Romani sacra amplexi-
sum;

sunt, factum istud Caroli non dissimulant, sed fatentur et defendunt. Nec speciosae illis rationes deesse videntur. Aiunt enim primum, fraudem ex parte Caroli abfuisse, culpmque potius in Mauritium et Ioachimum reiiciunt, quod illi factae sibi promissionis verba non curatius examinarint. Deinde regulam Maeciani crepant, qui in L. 96. de Regulis iuris: In ambiguis, inquir, orationibus maxime sententia spectanda est eius, qui eas protulit. Denique fallaciam, si quae interuererit, reipublice et Ecclesiae Catholicae, cuius grauissimus hostis fuerit Philippus, bono pensari et piis fraudibus accenseri debere, arbitrantur. Verum enim vero, quum sermo ad id inuentus sit, ut homines ea, quae sentiunt, non sibi sed aliis explicent, necesse est utique, ut is, qui loquitur, se ad intellectum eius, cum quo agit, accommodet, et verbis in ea significatione utatur, in qua hic se illa accipere profetur. Qui secus facit, sine dubio in fraude est, maxime tunc, quum aperte videt, alterum sermonem suum aliter intelligere, neque tamen ei errorem eximit. Peccauit itaque sine dubio Carolus, quod in conuentione cum Mauritio et Ioachimo inita, voce ex iudicio omnium iustitata, et, qua illi facile decipi possent, sit usus. Peccauit, quod illos, qui, in qua significatione verba ista acciperent, palam p[re]ferebant, errare passus sit, neque clarius sententiam suam explicarit. Norat, Principes illos Philippo plenam ab omni custodia et detentione securitatem promisisse. Norat, eos se illi, si quid secus accideret, pariter ad carcerem obligasse. Tantum vero abeat, ut hunc illis errorem admiseret, ut potius confirmaret. Quum enim ambo ad Philippum arcessendum ex aula discederent, sed antea coram ex Imperatore, num fide sibi

data

data niti possent, quaererent; hic eos ire nec quidquam de fide sua dubitare iussit. Afferam ipsa Mauritii verba ex litteris eius ad Ordines Saxoniacos: Wir sind auch beyde zu der Kayserk. Maj. gegangen, und hat der Churfürst zu Brandenburg in unsrer beyden Nahmen der Kayserk. Maj. angezeigt, daß wir beyde bedacht wären, zu dem Landgraffen zu ziehen, da S. Kayserk. Maj. denselben über die abgeredete Capitulation nicht beschwehren wolten, darauf die Kayserk. Maj. geantwortet: ziehet hin, es ist unsrer Gebrauch nicht, jemands über die abgeredete Capitulation zu beschwehren. Und wir sind demnach auf diese Wort beyde dem Landgraffen gegen der Naumburg entgegen, und mit S. L. in die Stadt Halla geritten scilicet. Quae quum ita sint, appareat, non illam, quam supra attulimus, Maeciani, sed aliam potius Papiniani ex L. 39. de Pactis regulam buc applicari debere, quae interpretationem contra eum, qui clarius loqui debuisset, fieri iubet. Quod tandem de piis fraudibus supra dictum fuit, bot iam diu solide alii exploserunt, ut nobis, id refellere, supervacuum videatur. Sufficit nobis, ostendisse, factum Caroli V. quo is Philippum Hassiacum, interposita fide publica, ad se pertraxit et voce ambigua deceptum in custodiā tradidit, verum esse, sed iustitiae et aequitatis regulis repugnare. Haec ego tunc scripsi, nec adhuc sententiam penitus muto, sed, factum et verum esse et aperte improbum, certissime credo. Saltem Carolum V. a conscientia fraudis, a ministris eius adhibitae, libero, eumque bona fide egisse, existimo. Facit, ut sic sentiam, optima fides, qua iuuenis adhuc saluum conductum, Martino Lutherō datum, apud SECKENDORFFIVM de Luthermanismo lib. 1. sect. 42. §. 96. seruauit, quamque in senectute violasse, prorsus inuerihimile est. Sed fac

fac etiam, caesarem participem calliditatis fitisse. Nouae tamen deinde caussae superuenerunt, quae iuste eum, vt Philippum in custodiam mitteret, mouerunt. Omne scilicet pactum tam priuatum quam publicum, atque adeo etiam saluus conductus, habet in se tacitam conditionem, si res in eodem permanerit statu, seu, vt communiter loquuntur, intelligitur, rebus sic stantibus. Hoc recta ratio praecepit, hoc AFRICANVS in L. 38. pr. de Solutionibus inculcat, hoc ego contra dissentientes adserui in Specimine XL. de Paetis inualidis, medit. 4. hoc exemplis firmaui in zoro Specimine DXX. de Tacita conditione rebus sic stantibus. Quodsi ergo is, cui saluus conductus datus est, dum eo fruatur, delinquit iterum, ob hoc nouum delictum, siquidem id vincula et supplicium meretur, in custodiam mitti puniri que potest. Nunc factum narrabo verbis Bartholomaei Zastrow, Principum Pommeraniae secretarii, ad Carolum caesarem ablegati, qui praefens omnia vidit audiuitque, ex

CHRISTIANI SCHÖTTGENII et GEORGII CHRISTOPHORI KREYSIGII Diplomaticischer Nachlese der Historie von Ober-Sachsen und angrenzenden Ländern Part. VI. pag. 279. sgg. Den 18. Junii gegen Abend haben die beyden Thurfürsten, Sachsen und Brandenburg, Landgraf Philipsen von Hessen zwischen sich in Hall geführt, und hat fort den andern Tag gegen Abend um 6. Uhren vñ grossen Saal in des Kaisers Loement, in Beyseyn vieler Herren, Thurfürsten, Fürsten, fremder Potentaten, Botschafften, Grafen, Obersten, Beuehlichs Leuten, und ein grossen Anzahl menschls, so viel als ins Gemach gehen, und von aussen zu durch die Fenster drein sehn konten, mit seinem Canzler, der neben ihm vñ den Knien saß, den

D

Füßfall.

Fußfall gethan, doch zuvor, ehe er niedergekniet, mit dem Churfürsten etwas geredt und gelehet, aber die Keyß. Maj. sauer gesehen, vnd gedachter Camzler, samt seinem Herren, also kniend, nachfolgende vrb vnb gnad vnd verzeihung, aus einer schriften oder zettel, von worten zu worten gelesen, quam vide apud HORTLE-
DERVM von denen Ursachen des teutschen Krieges
III. 7. p. 462. Aber als der Camzler demuthig gnug
die Abbitt thete, saß der Landgraf, (wie er ein spott-
scher Herr war) und lachte gar schimpflich darüber,
winckte ihn der Keyser mit dem Finger, sahe zorniglich,
und sagte: Wel, ist sol di lachen lehren. Nach diesem
Wiederreden, ist der Landtgrave vne danckigung, ey-
genes fürnemens aufgestanden, hat die Keyßerl. Maj.
sauer gesehen, imd die handt mit geben, noch vil min-
der mit eynem Wort angesprochen. In dem Duca-
de Alba sich zum Landgraven genähert, die hand von
ime genommen, vnd fürgehend sich mit den gedachten
Churfürsten vnd Landgraven von Keyß. Maj. zum
Sal hin auf gewendt, welchen der von Alres nach gan-
gen, alle vff ire pferd gesessen, vnd in Sanct Mauri-
sen Schloss, des gemelten von Alba herberg, geritten,
daselbst das Nachtmal miteinander eingenommen;
Darnach ist vielgemelter Landgrave ihm ein sonder ge-
mach gefurt, vnd von acht oder zehn Rotten Spani-
schen Hackenschäzen für vnd für mit Abwechslung,
on der Deutschen knecht warthe, so sunst im schloß ist,
mit allen vleiß in seiner Chamern und Stuben verhut-
worden, vnd noch. Den 20. Junii ist der Keyser von
Hall vff die Naumburg gerückt, und daselbst drey Tage
geblieben. Der Landgrafe wurd allewege ein Tag vor
dem

dem Keyser von den Spaniern geführt, hielten allein halben übel Haß, denn den andern Tag bey lang Weges (den doch der Keyser zog) liegen der todten Corper nit wenig. Hielten auch übel Haß mit den Weibern, Jungfrauen auch Männen, verschonten Unzucht zu treiben keine Weibs-Person. Zu Bamberg und im Stifte Bamberg haben die Spanier in die 400. Frauen, Jungfrauen und Mägde mit sich genommen, bis gen Nürnberg, da haben sie sie wieder zurück laufen lassen. Die alten Männer und Brüder seyn ihnen gefolgt: Der Vater suchte seine Tochter, der Mann seine Ehefrau, der Bruder seine Schwester bis an Nürnberg, da bekam ein jeder seine Frau wieder. Ist das nicht eine unarige Nation? nach geendigten Kriegen, in Beyseyn der Keyserlichen Majestät, da doch der Keyser gar streng Regiment hielt. Alle Abend da er sein Zelt veschlug, ließ er auch einen Galgen richten, ließ sie auch tapfer anbinden, halß gleichwohl mit. Zu Donawerda seyn die Spanier bei dem Landgrafen gesessen, seint neben ihm im Fenster ein oder zween Spanier auch gelegen, die die Köpfe eben so lang heraus gesteckt, als der Landgraf. Tag und Nacht haben sie mit Pfeissen und Trummeln die Spanische Wacht auf- und abgeführt, die gewehrten Spanier seyn des Nachts bei ihm in der Cammer gelegen, haben die Wacht abgewechselt. Die so die halbe Nacht ihn bewacht, wan die frischen mit Trummeln und Pfeissen getrummelt in die Kammer kommen, haben sie sein Bett vsgedeckt und gesagt: Sich da, wie wollen euch ihn geliefert haben, ihr möcht ihn nun hinserner wachen. Ich meine je, das heist die Keyserl.

D 2

Worte

Worte zu Halle in dem Fussfall (Wel ic sol juw lachen lehren) redlich gehalten. Der Landgraf wurd von den Spanischen Verhütern zum schimpflichen Spectackel von Donawert gen Nördlingen, von damen nach Heilbrunn, gen Hall in Schwaben, aus der einen Stade in die andere geschleppt und herumer geführet. Ich habe mit meinen Augen gesehen, als der Keyser in dem Abzug von Augsburg zu Speyer 8. Tage lang stille lag, und daselbst die Landgräfin der Keyserl. Maj. unternhängsten Fussfall für ihren Herrn thate, und dar auf erlangete, daß sie die acht Tage und Nacht bey ihm zu bleiben gestattet wurd. Aber als man fort von Speyer hinab v Worms zug, daß der Landgraf um acht vor Mittage zwischen den Spanischen Verhütern mit ihren langen Röhren vorn, hinten, vnd vß beiden Seiten wohl gerüstet, er aber vß einem Klepper, nit gar groß, blosse und ledige Büchsen-Holzstern am Sattel, das Crenze vom Papier an die Scheide, daß er die Wehre daraus nit ziehen konte, fest gemachet, in einer grossen Menge Volks, nit allein von fremden, sondern auch von Speyrischen Einwohnern, ihren Weibern, Gesinde, jung und alte, so nahe an ihm als sie kommen konten, (ließ sich ansehen, daß sie darzu abgerichtet wären) ruffende: Althier reut der aufrührische, treuloscr &c. und noch wohl andere härtere fast beschwerlicher Wörter, die ich in specie weiter zu sezen Bedencken habe, langst die Stadt zum Thor hinaus, nit anders als ein verurtheilter Missträger zur Execution erkannter Leibes- und Lebens-Strafe geführet wurd. Non improbo proflus notam, quam huic narrationi inserunt editores lit. g. Hieraus erhellet, daß man

man so schlechterdings nicht sagen kan, es sey ein Be-
trug derer Keyserlichen, und sonderlich Spanischen
Ministern gewesen, daß der Landgraf wieder die gege-
bene Versicherung in Arrest behalten worden. Son-
dern dieses ist eine neue Bekleidigung, dadurch er den
Keyser zum Zorn gereizet, und sich also dadurch eine
neue Straffe zugezogen. Leti schreibt im Leben Key-
ser Carl des V. der Keyser habe dem Landgrafen mit
der Hand gewinkt, und dadurch ein Zeichen gegeben
aufzustehen. So haben das Winken diejenigen erflä-
ret, die von weiten gestanden, und wegen des damahli-
gen grossen Tumults die Worte des Keyserps nicht hö-
ren können. Aber hier ist gar glaubwürdig erzählt,
wie die Sache eigentlich beschaffen gewesen. Magnus
erat Philippo animus, sed celsior paulo, quam ipsius tunc
et illorum temporum conditio ferebat. Hostibus, nondum
bene conciliatis, ac infensum animum vix dissimulantibus,
in quorum potestatem et fidem ipse se dederat, se stipatum
videbat; suspectam illis integritatem suam et virtutem belli-
cam esse animaduertebat. Amoliri igitur hanc a se suspicio-
nem, mitigare iras caesaris fratrisque eius, conciliare sibi ami-
citiam Hispanorum, qui omnia apud caesarem poterant, sup-
plicem se vere et verbis et factis ostendere, oportebat. Ille
vero nihil horum omnium, sed deprecationem interpretis
sui nutu et factis diffitebatur, et actum maxime serium et
solemnum in ludum iocumque non sine Caesaris contumelia
vertebat. Frangi profecto hanc mentem, altam nimis, con-
seruari caesaris auctoritatem, exemplo alios pariter indociles
moneri docerique, auerti nouum armorum et belli pericu-
lum, oportebat; quae omnia vix poterant lenius, quam missio
in custodiam Philippo, fieri. Ergo, si vel maxime saluus

D 3

con-

conductus Philippo datus nihil ambiguū continuit, recte tam
en Carolus fecit, nec fidem refellit, dum Philippum, inui-
tum quamvis, retinuit ac paulo asperius tractauit.

XIX.

*Restringi potest saluus conductus, ut reo vita saltem salua
promittatur.*

XX.

*Argue tunc reum in vincula coniuci, et poena alia quacunque,
praeterquam mortis, adisci,*

XXI.

sed et torqueri, licet.

XXII.

*Quaestio etiam in aliis delictis, quam quae ultimum supplicium
merentur, iuste adhibetur.*

Omnis saluus conductus pactum est inter duos, atque adeo, sicut cetera pacta, limitibus circumscribi, additisque conditionibus et exceptionibus restringi potest. In quibus exceptionibus haec maxime frequens est; ut vel reus ipse, qui se sponte fistit, vel princeps exterus, qui inuitum dedit ac exhibet, promissionem exigat, vitam saluam fore. Omnia tunc in hunc reum licent, si ultimum supplicium excipias. In facto tamen quae situm recordor, utrum reus, cui vita incolumis prothissa fuerat, quaestioni seu tormentis subdi posset. Scilicet lex 8. pr. de Quaestionibus in decernenda quaestione capitalia et atrociora maleficia desiderat. Quae verba ab aliquibus sic intelligi animaduerto, ut non alia flagitia, quam in quae ultimum supplicium statutum est,

ad-

admittant. Disputatum hac de re fuit in collegio ICtorum Vitembergenium mense Septembri anni MDCCXXXII. Marcus, grauissimorum criminum, quae mortem centies meruerant, reus, fugam capessit, ac in exteri principis terras se abscondit. Princeps, a quo fugerat, coimperto eius latibulo, ad principem, in cuius protuincia latebat, mittit, ac exhiberi sibi latitantem petit. Nec renuit ille, sed exhibet extractum ex latebris, atque id vniue, vt vitae illius parcatur, stipulatur. Reus ad pristini domini forum reductus obiecta sibi et fere probata crimina effrons inficiatur, nec poterat iuridice, nisi per tormenta, conuinci. Dubium non erat, quin illa in atrocissimo flagitio et manifestissimis indicis locum haberent. Saltem pactum inter ambos principes in exhibitione rei initum obstare videbatur. Aliqui enim, quaestione semper cum vitae periculo coniunctani esse, multosque homines in ipsis tormentis exspirasse, dicunt. In primis vero verba illa, quae modo ex L. 8. pr. de Quæfitionibus excerpti, vrgebantur. Nos vero, neutrum torturam impedire posse, respondimus. Nam periculum vitae facile auertitur, si prudens carnifex adhibetur. Quod vero ad voces: *capitalia et atrociora*; attinet, neutra earum ultimum supplicium necessario inuoluit, sed et ad delicta, quorum poena mors non est, resertur, L. 2. pr. de Poenis, L. 7. §. 6. fgg. de Iniuriis. Quamobrem sic responsum fuit: *W*er der chemahlige bey der Churfürstlichen Garde gestandene und nach Dennemarck geflüchtete Hauptmann Sebastian, wegen ihm beygemessener in Schriften gegen seinen Churfürsten und vorgesetzt gewesenen Obristen ausgestreuten Calumnien, Rede und Antwort zu geben, öffentlich an dreyen Orten des Churfürstenthums entiret worden; Worauf Churfürstl. Durchl. es bey dem

dem Dehnischen Hofe dahin vermittelte, daß derselbe diesen Sebastian unter der Bedingung, ihm nichts an seinem Leben zu thun, ausgeliefert und nach B. geschickt. Es entsteht demnach die Frage: Ob Sebastian, im Fall er die von ihm ausgestreute Calumnie in Gute nicht gestehen wollte, mit der scharfen Frage angegriffen werden könne? Wann nun gleich seines Lebens zu schonen versprochen worden, demnach, da die Lebens-Strafe abgehet, auch die Peinlichkeit, in Ansichtung, daß das medium eruendi veritatem nicht härter, als die Strafe selbst, seyn muß, hinwegzufallen, überdies bey der Tortur einige Lebens-Gefahr mit unter zu lauffen scheinet; Dennoch aber und dieweil der geöffnete Accord keinesweges eine poenam corporis afflictuam, Landes-Verweisung, ewige oder etliche Jahr daurende Gefängnis, Festungs-Bau und dergleichen ausschließet, vielweniger die Erforschung und Herausbringung der Wahrheit zur Satisfaction Thurfürstl. Durchl. und der an ihren Ehren angegriffenen Personen hindert, solche Wahrheit hingegen, wenn Sebastian die gegen ihn vorhandene starke Indicia ableugnen sollte, durch den Reinigungs-Eyd, in Betrachtung des aus allen Umständen zu befürchtenden Meinendes, nicht wohl an den Tag zu bringen ist, sondern ein schärferes Medium eruendi veritatem erfodert, sonsten auch die scharfe Frage wieder einen hartnäckigen und mit schwehren Indiciis beladenen Reum, ungeachtet es zu keiner Todes-Strafe kommen kan, gar wohl statt findet, im übrigen die peinliche Frage, wenn es zumahl nur bey der Territione reali und dem ersten Grade bleibt, keine Lebens-Gefahr inferiret, ja dergleichen nicht

nicht einmahl bey dem schwehrstem Gradu, im Fall man nur einen vernünffigen Scharf-Richter dazu nimmt, zu besorgen ist; So mag Sebastian, daferne er die von ihm ausgestreute Calumnie, ungeachtet genug-
sam er sich gegen ihn ereignenden Indicien, in der Güte nicht geständig wäre, gar wohl mit der Territione tor-
turae reali, ohne wieder das Versprechen, daß ihm an
seinem Leben nichts geschehen solle, zu handeln, bele-
get werden.

XXIII.

*Saluus conductus perperam a magistratu datus principem non
obligat, nec reum securum reddit.*

XXIV.

*Collegia etiam iuridica in serendis sententiis huiusmodi pro-
missiones et saluos conductus recte negligunt, ac
secundum leges iudicant.*

XXV.

Quod in Saxonia publica lege constitutum est.

Excedunt aliquando magistratus fines potestatis ac officii sui, et indulgent saluum conductum ei, cui is per leges indulgeri non debebat, vt reo de graui crimine accusato et carceri inclusio, quem dimitti non oportebat. Ipse tunc quidem magistratus fidem a se datam infringere non debet, vt recte sentit PARIS DE PVTEO de Syndicatu, art. Saluus con-
ductus pag. 818. Sed longius progreditur CAVALCANVS de Brachio regio Part. II. n. 317. ipsumque principem ac regem ad feruandam magistratus sui fidem, et si illegitime interpositam, obligat. Male. Neque enim legatus vel minister facto suo pactoue illicito leges infringere, et legitimam principis po-
testatem

testatem circumscribere potest. Imputet sibi, qui fidem hominis, supra potestatem facultates suas promittentis, sequitus est, temereque credidit. Igitur CAVALCANI opinio nem iustissime improbavit ELECTOR SAXO in *Decisione ultima*, atque in sententiis ferendis poenisque decernendis negligi huiusmodi promissiones, et secundum leges iudicari, iussit.

* * * * *

C O R O L L A R I A.

- 1) Absens reus, priusquam damnetur, in criminibus grauioribus publice per edictum citanus est, nec sufficit citatio ad domum;
- 2) quae tamen sufficit in criminibus leuioribus, quorum poena saltem mulcta vel carcer futura est.
- 3) Rei tanquam absentes et contumaces damnari nequeunt, qui ab aliis iudicibus comparere sub poenae comminatione vetantur.
- 4) Hi citari aut per edictum euocari prius non possunt, quam magistratus citans aut euocans interdictum illud amouerit, ac plenam securitatem praestiterit.
- 5) Absens, qui procuratorem ad omnes lites suas et ad recipiendas citationes constitutum habet, si deinde de crimine accusetur, per hunc procuratorem legitime citari,

6) et,

- 6) et, si contumax sit, pro confessio et conuictio declarari ac ad poenam damnari potest.
- 7) Pendente accusatione nec reo mandatum reuocare,
- 8) nec procuratori se illo abdicare licet.
- 9) Processus banni Saxonicus contra reos fugitivos, qui nihil in bonis habent, saltem terroris caufsa receptus,
- 10) ceteroquin inutilis est, nulosque effectus habet.
- 11) Inprimis frustra aduersus eos maleficos, qui post condemnationem ausigerunt, exercetur.
- 12) Si tamen exercetur, nihilominus citationem desiderat.
- 13) Proscriptio reorum locupletum in Saxonia facit, ut bona eorum fisco addicantur.
- 14) Iudex delicti reum fugitiuum, et si manifestum eius crimen sit, omissa citatione, condemnare nequit.
- 15) Regula, quod nemo inauditus, vel saltem non citatus damnari punirique queat, tunc exceptionem patitur, quando ex istiusmodi caufuae cognitione periculum reipublicae et principi imminet.

16) Iure communi, reus ad obiectum delictum,
si leuius sit, etiam absens per procuratorem
vel in scriptis respondere potest, sed, si gra-
uius sit, praesens et coram interrogandus;
in Electoratu Saxonia tamen vtrisque rei
praesentis responsio necessaria est.



*Istae theses omnes peculiari specimine lucidius
explicabuntur.*




4078

ULB Halle

006 666 019

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

DISSE¹⁷⁴⁰TAT⁴O IVRIDICA
DE
SALVO CONDVCTV
LATINE
COMMEA TV
QVAM
PRAESIDE
AVGVSTINO A LEYSER
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIS
AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI
DIRECTORE, CVRIAEC PROVINCIALIS AC SCABINATVS
ASSESSORE PRIMARIO ET ORDINIS
IVRIDICI ORDINARIO
PATRONO AC STVDIORVM SVORVM PROMOTORE
OMNI VENERATIONIS CVLTU PROSEQUENDO
IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
AUDITORIO IVRIDICO
DIE X. IVNII ANNO C¹⁷CCXL
PVBLICE TVEBITVR
EBERHARD. GVL. MYLERVS
OSSIT. MISN.



VITEMBERGAE
TYPIS IOANN. FRIDER. SCHLOMACHI

